



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opus pulcherrimu[m] de tribus vsitatis christianoru[m]
actibus: oratione videlicet: ieiunio [et] elemosyna**

Guntherus <Parisiensis>

Basilee, 1507

VD16 G 4140

Cap[itulum] p[ri]mu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30791

diri v'l indignus: q̄ iusticia sine
 inq̄tas a p̄pellat: s̄ de q̄dā cō-
 gruētia seu icōgruitate rez ac-
 cidētū/ q̄s tā iusto q̄ peccato-
 ri v'l adesse v'l abesse necesse ē:
 v'puta d̄ pietate/hūilitate/ de-
 uotiōe/ r̄ affectu orāt: r̄ his si-
 milib/ v'l eoz. **Plurimū**
 em̄ itereft apd̄ eū cui p̄serari de-
 bet oīo: hūilit ac deuote/ lacri-
 mis r̄ planctu r̄ magna cordis
 p̄tritiōe publicanū imiter: an-
 supbe r̄ arroganter/ q̄busdā/
 v' poence loquar/ h̄borū am-
 pullis/ r̄ fastu oeloz/ et vana
 corpor̄ ostentatione/ pharisei
 exp̄mas leuitatē. Unde r̄ de al-
 tero saluator vterq̄ p̄seus: de-
 scendit inq̄ hic iustificatus in
 domū suā: de altero aut r̄ alijs
 ei similib: q̄ amat in plateis stan-
 tes orare vt videant ab hoib:
 receperūt inq̄ mercedē suam.
**Sed d̄ his qm̄ circa p̄sonā orā-
 tis p̄siderari solent: postmodū**
 diligētius agendū erit: cū illd̄
 capl'm tractabif: videlz qd̄ orā-
 ti p̄ueniat: Neq; tñ h̄ loco peni-
 tus erat reticēda: p̄ eo q̄ in istis
 dignitas siue indignitas orā-
 ti p̄penditur.

**Liber septim⁹ de ob-
tinētia orōnis. Cap. p̄mū:**

Nunc qm̄ quid oratio
 contineat: quanta po-
 tuimus diligentia q̄si-
 tum est: in q̄b; obtineat id est
 effectum foriat/ liber intueri.
 Verū hui⁹ q̄stionis non solum

difficilis/ sed vt verius loquar
 impossibilis est explanatio: pro
 eo qd̄ humane facultat̄ quas
 deus oīones aut suscipiat aut
 repellat: vel cōprehendere sen-
 su: vel eloquio diffinire. Nam
 sic ait ap̄tus: Incomphensibi-
 lia sūt iudicia ei⁹: r̄ iuestigabi-
 les vie ei⁹. Inuocato tñ eo ad
 quem om̄is oratio dirigenda
 est: ex his q̄ iam p̄missa sūt/
 et que adhuc in mēte veniūt/
 temptemus de ipso effectu ora-
 tionis qualēcunq; colligere ra-
 tionē: in qua si quid recte dixe-
 rimus/ diuine sit gratie: si qd̄
 absurde vel improbe v'l nostre
 infirmitati/ vel rerum ipsarum
 difficultati imputetur.

**De effectu oratiōis
Capitulum. secundum.**

Primū illud remini-
 sci oportet qd̄ r̄ supra
 docuim⁹: extra sinum
 ecclesie non esse locū orationi:
 quia non nisi pro vita eterna/
 vel ad illam p̄tinentib⁹ oran-
 dum est: que extra vnitatē ec-
 clesie sperari non potest. Hec
 est enim (ait saluator) vita eter-
 na vt cognoscant te: et quem
 misisti iesum christum. Legim⁹
 infideles aliquos pro suis ne-
 cessitatibus deo supplicasse:
 vt achab qui p̄pter mortē na-
 both ieiunauit. et operuit cilis-
 cio carnē suam. Sed hec talis
 supplicatio q̄z finalem causam
 quā debuit non habebat: nec

Luce. 18.
 Mat. 6.

